



**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,  
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

**Busaeus, Johannes**

**Mogvntiæ, M. DCVI.**

1. In festo Purificati B. Virg. De Purificatione B. Virgin. & pueri Iesu præsent. Luc. 2.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

MEDITATIONES  
DE FESTIS  
SANCTORVM

Toto anno secundum ordinem mensu-  
um Calendarij occurren-  
tibus,

2. Febru-  
arij.

INFESTO PURIFICATIO,  
NIS B. VIRG,

De Purificatione B. Virginis & pueri  
IESV presentatione,  
Luc, 2,

2.

**D**Etulerunt (parentes) puerum  
in templum, ut presentarent  
eum Deo, tanquam primo-  
genitum, offerentes pro eo  
consuetum munus, par tur-  
surum, aut duos pullos columbarum. Con-  
sidera pueri Iesu humilitatem semper cre-  
dere

FESTA TOTIVS ANNI. 141

scere. natus erat vt pauper, circūcisus quasi peccator, nunc offertur vt seruus quinque siclis redimendus 2. parentum paupertatē, qui quoniam agnum emere & offerre non poterant, offerunt par columbarum. Sed sine mysterio id factum non est, quia vmbra & typo præferri debuit veritas, puer enim erat verus agnus qui tollit peccata mundi, & seipsum tunc Deo offerebat pro salute nostra, paratus suo tempore pati. 3. expende quid duo pulli significant: nempe nos, qui Deo nos sæpe offerimus, debere esse simplices, omnis doli expertes, caritate magna præditos, (sunt enim columbæ sociales) & fœcundos in bonis operibus.

*Simeon veniens eadem hora in templum, accepit eum in sinu suo, & benedixit Deum, & dixit. Nunc dimittis seruum tuum Domine. Considera, quanta reuerentia puerum in medio templi à B. Virgine exceperit, quam deuotè, manantibus præ gaudio lacrymis, illum sit oscularus, & pectori suo applicuerit, quot laudes de eo dixerit, quod eo viso paratus fuerit mori. Qui enim Christum diligit, facile vitam hanc & omnia temporalia cõremnit. 2. ob quas virtutes meruerit videre & recipere, 1. quia erat*

ES  
IS  
mensi.  
IO.  
ueri  
uerum  
arent  
rimo-  
ro eo  
r tur.  
Con-  
r cre-  
dere

Sancti  
Simeon  
Propheta

erat in eo Spiritus sanctus, cui parens  
 nit in templum. secundò quia iustus id est  
 ab omni peccato liber, & omni virtu  
 ornatus, tertio, quia timoratus timore  
 liali. presentem enim quasi DEVM sen  
 per cernens timebat peccare. quartò,  
 pectans consolationem Israel, id est, ad  
 uentum Christi. Non potest enim De  
 iis deesse, à quibus auidé expectatur. H  
 virtutes & tu sequere, si quando cum fr  
 etu vis Christum non in vlnis, sed ore  
 corde recipere in S. Eucharistia.

3. *Anna (supervenientis confitebatur Domini  
 & loquebatur de illo omnibus, qui expecta  
 bant redemptionem Israel.)* Considera  
 Deum nullam habere acceptionem per  
 sonarum, sexus, ætatis, conditionis, se  
 rantum virtutis. secundò, ideo senes dicitur  
 hic in exemplum proponi, vt discas in  
 virtutum studio perseverandum vsque in  
 finem vitæ, quo dignus sis recipere Chri  
 stum, & in æternum retinere. tertio, vide  
 ob quas virtutes meruerit videre Christum.  
 Primò, quia annis ferè octuaginta castè  
 vixerat, Secundò, quia non discedebat  
 de templo. tertio; orabat die ac nocte,  
 Quartò, ieiuniis, aliisque pœnitentiis af  
 flige.

FESTA TOTIVS ANNI. 143

fligebar corpus suum. Quinto, omnibus laudes Christi annunciabat.

IN FESTO S, MATTHIÆ

APOSTOLI.

24. Februarij

Matth. 11.

A.

**I**ESVS dixit. *Confiteor tibi Pater, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus & revelasti ea paruulis.* Considera, Iesum exultasse spiritu, cum hæc verba proferret *Luce. 10.* ut refert Beatus Lucas, id est, ingenti spiritali gaudio æterno Patri, qua homo erat, egisse gratias, quod fidei christianæ mysteria, non huius seculi sapientibus qui omnia ratione & intelligentia metuntur, neque prudentibus, quinon quærunt nisi quæ sua sunt, id est, opes, honores, & voluptates carnis patefaceret, sed tantum paruulis id est, humiliter de se sentientibus, & iudicium suum Deo subiicientibus, uti erat B. Virgo, quæ licet esset mater Dei, tamen se vocabat ancillam: uti S. Matth. *1. Co. 2.* as, cæteri que apostoli, qui gloriabantur se non aliud scire, quam Iesum & hunc crucifixum, & Considera, primariam quidem